



1722, 6

28

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS

JOH. HENRICH

Meier / JCtus.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIUS,
PROVINCIALIS JUDICII ASSESSOR PRIMARIUS, DE-
CRETAL. PROF. PUBL. NEC NON UNIVERSITAT.
ET FACULT. JURID. SENIOR,

L. B. S. & O.

ERFORDIAE,
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

JOH. HENRICH
DEGCAU^U DE
TACULATIS IRRIDICAE





Vanta fuerit Romanorum in condendis Legibus providentia & prudentia, vel eminūs inde apparet, quod, cùm in textu Instit. de liter. oblig. cautum sit, pro destruenda confessione debitoris, se accepisse scripturâ expressam pecuniae summam, quæ tamen ipsi soluta non est, intra biennium, huic, creditore in exigendo cessante, dari, in modum actionis proponendam exceptionem non numeratæ, sive acceptæ pecuniæ l. 14. Cod. de non num. pec. è contrâ eod. tit. sub l. 13. in comparibus fermè casibus cautelare remedium pro vero Creditore proditum extet, ne is calliditate debitoris, abutendo simili exceptione, circumveniatur; curet igitur hic, quod in realis mutui contractu, vel cuiuscunque alterius, e. g. depositi, venditi, locationis, vel ex causâ legati, vel quibus aliis pecunia debetur, debiti causâ specialiter expressâ, dictæ exceptioni, in ipso obligationis instru-

strumento, debitor propriæ manus subscriptione renunciet; quo observato sanxit Imperator verbis: *jam non ei licentia sit, cause probationem exigere stipulatorem.* (quam tamen Florentinam lectionem non probamus præ Holoandrinâ; ubi: *cause probatione stipulatorem exigere*: legitur quod idiomati Latino convenire censeretur, neque prior iste stylus probatus reperitur apud clasicos Authores) additâ hac authentica ratione: *cum suis cautionibus acquiescere debeat.* Quibus omnino, diversis aliis insertis non reluctantibus, conjungenda, quæ in fine Constitutionis sequuntur: *Nimis enim indignum judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eum casum infirmare, testimonioque proprio resistere.* Cui tamen mox subjecta legitur hæc limitatio: *Nisi certè ipse è contrario per aperi-
tissima rerum argumenta, scriptis inserta* (quod de ordinaria probatione intelligendum) *religionem Judicis instruere posuit, quod in alium quempiam modum, &c. non in*
eum, quem cautio prohibet, negotium subsecutum sit. Atra-
men Fori usus, quoad dictam exceptionem, rigorem juris, ratione biennii, mitigavit eamque etiam ultrâ, in
alia tamen qualitate, ut scil. promissor probet hanc in
propria formalitate, quod & nec Justiniano, summo æ-
quitatis æstimatori dispuisse, colligi potest ex laudat.
Constitutione 113. Cod. d. tit. ob ejusdem sc. generalita-
tem, quâ nec mutuum excluditur; quam indigitat ver-
bis: *Generaliter sancimus, ut si quid scriptis cautum fu-
rit pro quibuscumque pecuniis &c.* Cujus sententia inter
DD. plures dantur ad stipulatores, qui antè indigitatam
distrunctionem inter exceptionem non numeratae pe-
cuniae

cuniæ singularem & privilegiatam, l. 14. Cod. h.t. atque
vulgarem legis præc. 13. amplectuntur; vel minimum
ejus vice admittunt exceptionem doli; admodum e-
nī iniquum fore, condemnare eum, qui liberationem
à nexu probare paratus est; quod etiam æquitati Juris
Canonici omnino convenit. Hoc, quamvis, & fe-
rē universali Judiciorum usu receptum putetur,
vix tamen id de Saxon. Executivo processu, ex gua-
rentigatio Instrumento formato, afferendum, qui o-
mnem respuit peremptoriam exceptionem, in conti-
nente haut liquidabilem. Suprà ex s̄epiū citata l.
13, traditum, in quacunque cautione oportere causam
debendi esse expressam, secus eam esse nullius momen-
ti, nisi eandem probare paratus sit Creditor; quod
tamen posterius, secundum Ddruim traditionem, non
requiritur in sequentibus casibus: putà ad promissio-
nem judicialiter peractam; nec ad eam, quæ jure juran-
do firmata est; neque ad promissionem liberatoria, quæ
duntaxat à voluntate creditoris dependet, ne-
que debitoris requirit consensum, favore liberationis;
neque in cautione factâ in gratiam personæ conjunctæ,
atque venerabilis loci, alièvè piæ causæ, ob singula-
rem, quem merentur, favorem. Plura huc spectan-
tia publicè propositurus est

Nobilis & Clarissimus Dominus,
JOHANNES GEORGIUS
AMBROSIUS,

De cuius natalibus ut publicum extet testimonium;
)(3 *edi-*

editus isdem est in lucem Smalcaldiæ anno 1697. die
23. Febr. natus Patre Nobil. & Consultiss. Dn. GEOR-
GIO HENRICO AMBROSIO, J. U. D. Serenissimi
Hassia Landgravii Advocato Fisci, prædictæ Civita-
tis Consule & Advocato Tribunalis ibidem Ordinario;
Matre, fœminâ honestis moribus atque virtutibus se-
xui fœmineo competentibus probè decoratâ, MARIA
JOHANNA RÖDERIN; Utroque jam pie defuncto;
qui post nativitatem confessim erant solliciti, ut in-
fantulus per sacri baptismatis lavacrum ab originali
labe purgaretur; cuius sacri actus testis extitit, nunc
ad cœlestes relatus Dn. Joh. Georg Lucanus, J. V. D. &
Prætor dicit æ urbis, de Justitiâ bene meritus. Subinde pii
quoque Parentes minimè cessarunt, quia Filius tam
in pietatis studio, quam humanioribus feliores fa-
ceret profectus; non modò intra privatos parietes, sed
& publicè fideliam Informatorum ipsum commenda-
runt. Inter iftos palmarum tribuit Candidatus Duo.
Joh. Jacobi Bockwitz, Scholæ Reformatorum Smalcal-
densis tunc temporis Rectori fidelissimo, cuius curam
& utilissimam manuductionem nostra potest non satis
prædicare; sic quoque dilectissimi cognati sui Dn.
Joh. Sebast. Hebenstreits dexteritatem in informando
eâ, qua par est, animi gratitudine agnoscit, benè me-
mor, Parentibus & Præceptoribus non posse redi æ-
quivalens; quippe ope ipsorum, post DEum, sic in hu-
manioribus profecit, qui, ut ad studia Academica dimis-
teretur, dignus judicatus fuerit; Dimissus itaque an-
no 1714. à Dn. Parente, hac de re sollicito, ad Regiam
Fridericianam, quæ floret Halæ, ubi Celeberrimo-
rum DDnn. JCtorum, putâ Christiani Thomasi, Pot.
Regis

Regis Borus. Confiliarii intimi & Prof. Publ. ut &
Ludovici, & que P.P.O. &c. doctissimos discursus exceptit.
Hinc ad Altiorffinam migravit, in qua Noribergensium
Universitate eximiā præditus eruditione atque dexteritate
Consultissimi Dni. Dris. Fichtneri P.P. aliorumque
benè multos fecit præprimis in Jure progressus. Pro-
pter inopinatum v. beati Parentis obitum inde avoca-
tus fuit; ne autem in studiis fieret naufragium, sed
iisdem magis magisque debité imbueretur, Argentora-
tensum visitavit Academiam, in qua, ut studiorum
publicè ederet profectus, Disputationem, exercitii cau-
fâ, super juris aliquot quæstionibus pro Cathedrâ ha-
buit. Tandem sibi certam metam propositurus, præ-
aliis secutus est Beati Dn. Parentis & Fratris apud
nos ad Doctoralem dignitatem condigne promotorum
vestigia, atque nostram Erfurtinam ad capessendos
in utroque Jure honores atque Privilegia Doctoralia
sibi optavit, prout Nobis propositum hoc suum lauda-
bile literis nuperrime expandit, atque modestè po-
stulavit, ut sibi, justæ enodationis causâ, assignatis
priùs ex utroque Jure, Canonico & Civili, textibus,
præfiniretur certum temporis intervallum, quò cum
ipso secundum Statutariorum Examen institueretur;
in utroque ipso añuit Facultas, atque illud cum ipso amicè
aggressi fuimus; Ast ille ipse animosè hoc sustinuit; ea-
propter in matriculam Candidatorum, collatis suffra-
giis, relatus est, ipsique decreta facultas publicè, tam
ad supra citatum textum insignis & admodum notabili-
lis Legis 13. Cod. de non numer. pecun. è Cathedra ha-
bendi Cursoram, ut ajunt, Lectionem; quam Inaugu-
ralem

ralem instituendi Disputationem de Materia Veterinalium
atque Commissorum. Utrumque expediturus est 4. Aprilis
cur. an. in audit. Jurid. Colleg. major. Hosce actus pu-
blicos condecorare ut dignentur sua præsentia maxi-
mè Reverend. & Magnificus Dn. Universitatis Pro-Re-
ctor, atque ejusdem Proceres; nec non Jurispruden-
tiæ Cultores resp. officiosè & amicè invitantur. Pu-
blicatum sub Sigillo Facultat. Juridic. 3. April. anni
1722.



L.S.

Erfurt, Diss., 1721/22

ULB Halle
001 585 339

3




56

VD18



B.I.G.



22, 6
28
SIS JURIDICÆ
CANUS
HENRICH
JC TUS.

IMINIS CONSILIARIUS,
ASSESSOR PRIMARIUS, DE-
L. NEC NON UNIVERSITAT.
JURID. SENIOR,

S. & O.

ORDICÆ,
IANIS, Acad. Typogr.